HIERONYMUS
12. Jh. Seite 71r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ierlm urbs hélia cóndita est. rebellantes iu
deos timo rufo magistro exercitus pugnante
superauit. Et tunc deficiet hostia & sacrificiũ.
& usq; ad c̃summationẽ mundi & finem per
seuerabit desolatio. Nec nos inquiunt móueat.
quod primũ numerentur septem ebdomades.
& póstea sexaginta duę. & rursũ una quę
in duas partes diuiditur. Est enĩ hoc idióma
hébraici & antiquorũ sermonis latini. ut ante
minorẽ numerum supputent. & póstea maiorẽ.
uerbigratia. nos iuxta ꝓprietatem linguę
nr̃ę nunc dicimus. abraham uixit annis
centum. septuaginta. quinq;. illi econtrario
locuntur. uixit abraham annis quinq;. &
septuaginta. & centũ. Non igitur ut legit̃
ita impletur. sed ut totum parit̃ supputet̃.
ita finem accipit. Nec ignoramus quosda
illorũ dicere. quod una ebdomas de qua
scriptũ est confirmabit pactum multis.
ebdomas una diuidatur in uespasiano &
adriáno. quod iuxta hystoriam iósephi
uespasianus & titus trib⁹ annis. & sex mensib⁹

ꝓprietas linguarũ. t ꝓuerbiũ.